Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25962
Copyright: Admont, Benediktinerstift



habet. cuius felicitas nunquā terminatur. Ad quā diē bonis actibus ꝑue
nire festinemus. in qua cū xp̄o sine fine regnabimus. Et querebant
eū int̄ cognatos & amicos. Et non inuenientes. regressi sunt in ierusalē.
Quā diu querunt iudei dn̄m ih̄m xp̄m int̄cognatos. id est. quā diu sperant
eū similē esse ceteris hominibus & negant uerū dī filiū esse. nunquā
inuenient eū. Cū aut̄ regredientur in ierusalē id est ad ecclam catho
licā & conūtuntur ad fidē rectā. tunc erit quod sequitur. Et inuenerūt
eū in templo sedentē in medio doctorū. audientē & interrogantē illos.
Nā omīs qui uult xp̄m inuenire debet eū querere in ierusalē. id est.
ut diximus in eccla catholica. ubi sedet ille in medio doctorū eorū
qui in ueteri testamento de xp̄o ꝓphetabant. sic patriarche & prophe
te. & eorū qui in nouo testamento cū iā natū cognouerunt & crediderūt
& ꝑ mundū uniuersū p̄dicauerūt. sic sc̄i apostoli & eorū successores usq;
in hodiernū diē. In quorū medio sedet ih̄c. quia necessaria sunt ex utroq;
testamento testimonia scorum de xp̄o. Nā in ueteri lege scriptū ē. Ec
ce uirgo concipiet filiū. In nouo aut̄ scriptū est. Factū est cū impleti
essent dies ut pareret. & peperit filiū suū primogenitū. Et iterū in ue
teri scriptū est. Si credideritis salui eritis. Item in nouo. Qui
crediderit & baptyhatus fuerit. saluus erit. Item in ueteri de resurrec
tione dn̄i dictū est. Propt̄ miseriā inopū & gemitū pauperū nunc ex
urgā dicit dn̄s. Et in nouo tota eccla catholica clamat & credit. quia
dn̄s tertia die resurrexit a mortuis. Talibus testimoniis plenū ē utrūq;
testamentū. scilicet uetus & nouū. idōq; in eorū medio inuenitur xp̄s.
& hoc in templo. quia unius cuiusq; p̄dicatoris cor templū dn̄i ē. sic
apl̄s ait. Vos estis templū dn̄i. & sp̄s dī habitat in uobis. Inuenerunt
aut̄ illū audientē & interrogantē illos. Non quod aliquid esset quod
ignoraret xp̄c. quia sapientia dī attingens a fine usq; ad finē. in qua
ds̄ fecit omā que facta sunt. sed ad hoc audiuit ab eis & interrogauit